

militate gentilis. & requies. & triumphus; iuxta quod
 scriptum est. Quae percussit in maxilla. prebe ei
 & alteram. Per hanc enim iniuriae patientiam. qua
 erudium sacramenta baptismatis. de quibusdam fa-
 mulis iracundiae triumphamus. ut morte obita. re-
 surrectionis requiem consequamur; Illene ergo sam-
 son. qui funes in textos nervis. qui nouas restes. sicut
 mollia fila dissoluit. ^{f. rā longe mutatus.} Illene samson. qui crinium su-
 orum palo constricta defixo vincla non sensit. qua
 diu habuit gratiam spiritalem; is inquam. postea
 quam sps di discessit ab eo. longe mutatus ab illo sam-
 son. qui redit allo filorum indutus exuuias. in mulieris
 genibus virtutis suae degener. palpatus & captus. sa-
 cro crine tondetur; Tantumne ergo momenta cri-
 nes habuere captas. ut manentibus his virtus inuic-
 ta duraret. Tonso autem capite. fortitudo omnis viri.
 subito soluetur; Non ita est. ut tantam vim cor-
 poralium capillorum putemus; Sunt quidam crines
 religionis & fidei. crines nazarei. in lege perfecti. in par-
 simonia & abstinentia consecrati. Quibus illa. in typo
 ecclesiae quae dñi pedes oleo perfuderat. verbi celestis